



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

De triplici gradu reformationis internæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

D. DION. CAR.

cat, qui prædictis omnibus moriuntur, & aliis seu reflexione ad dona præfat anudati sunt, atque ad deum plenissime versi: eum duntaxat non dona ipsius a spicentes, quarentes, penitentes: nisi forte inquantum per ea deum valeant honorare, ac adipisci quod aliter nequeunt. Huius isti deo postissimum placent: & visitantur, implicantur, rapiuntur, ac summe beatificantur ab ipso. Qui siue sensibilem deuotionem & consolacionem internam experiantur, siue non: aequali accipiunt animo, ac deo cohærent non aliud quam ipsius honorificantiam, gloriam, complacentia ac unionem, syncerissimumque amorem oprantur.

De triplici gradu reformationis interregno.

Art. XXXI

Enouamini spiritu mentis vestrum induite nouum hominem qui secundum deum creatus est. Cum in nobis supremis animæ viribus (quod licet intellectu, memoria, voluntate) attendatur summa & increasur

nitatis imago in anima rationali, modicum de harum reformationibus virium est tangendum. Itaque initium reformationis intellectus securitatis, est per fidei veritatem, & sacrae scripturae doctrinam, & per ecclesiæ documenta ab erroribus & ignorantia saluti contrarijs expurgari, & necessariorni ad salutem agnitionem adsci. Porro profectus reformationis, est ex illustratione diuina rationes credibilium per donum intellectus conspicere, & in scripturis desuperem diri, atque in summæ veritatis noticia salutari sumere incrementum: quemadmodum ad Cossenses ait Apostolus, Postulamus ut impla-

Ephesio.4



Colo. iij.

mini agnitione voluntatis dei in omni sapientia  
& intellectu spirituali: ut ambuletis digne Deo,  
semper crescentes in scientia dei. Quāuis etenim  
fides Christiana sit penitus supra rationem & de  
incomprehensibilibus rebus: nihilominus mens  
syncera diuinitus illustrata, nexum, rōnes, ac or-  
dinem credendorum intelligens, cernit nihil rati-  
onabilius esse fide catholica, dum omnia com-  
portantur. Perfectio autem reformationis ratio-  
nis, est per mentis excessum supra se rapi, & non  
per argumenta ratiocinationum, nec per corpo-  
rea & enigmata similitudinum: sed pura & ana-  
gogica intelligentia altissimum contemplari: iu-  
xta illud apostoli, Nos autem reuelata facie glo 2.Cor.1.  
tiam domini speculantes, in eandem imaginem  
transformamur a claritate in claritatem. Præte-  
rea initium reformationis voluntatis, est uitij re-  
luctari, & eam diuinorum rectitudini prærepto-  
rum subiçere, nec passionibus subiacere, sed præ-  
valere. Profectus vero huius reformationis est  
sensiua affectiones habere voluntati subie-  
ctas: & cūcta voluntatis desideria habere in de-  
adunata ac ordinata. Perfectio autem reforma-  
tionis istius, est vnum esse cum deo in spiritu per  
amorem: ut iam aut non aut vix possit velle ni  
si deum & quae ei sunt placita, vt inauertibilis sic  
ab eo. Quod confirmatis in bono potissimum con-  
uenit, & viris perfectis nonihil cōpetit, qui cum Roman.2.  
aplo dicere hñt, Certussum quia neq; mors, neq;  
vita, nec aliqua cre, &c. Insuper initium reformati-  
onis memoriae intellectualis, est eam a suis distra-  
ctionibus ad dei commemorationē orādo, legen-  
do, meditādo reducere. Profectus reformationis  
memoriae, est in ipsis orationibus, lectionib, ac medi-

D. DIONY. CARTH.

rationibus mētem in deo fixam sine importu  
euagatione tenere, atq; in latitudine cordis om  
deo deambulare. Perfectio aut̄ memorie, est in  
in deo esse absorptum: ut suūpsius ceteroq; o  
mniū obliuiscatur, atq; in deo absq; volubilis  
cogitationum imaginationūq; strepitu dulci  
congescat. Ecce ad hæc ordināda ac forte p  
sequenda sunt omnia exercitia nostra bona.

De ȳitate atque multiplici ȳitatis distinc  
ne: p̄sertim de triplici veritate ad triplice v  
præhabitā pertinente.

Art. XXIII.

Roman. 3.



Phūs,

ST autem deus verus omnis ymo mēdax. Quum omnis perfectio sit in deo, quanto magis veritas. Rsus ens & verum conuertibilia fū dicente Philosopho: Sicut se habet res ad esse, ita ad ueritatem. Elego deus verus & ueritas ipsa. Primo, qm̄ habet summe ratum, perfectum, incommutabile, uir forme ac solidum. Propter quod ait S. Hierony.

Hierony.

Auicen.

Solus deus vere est, cuius essentia comparati strum esse, non est. Auicenna octauo metaphysicæ affirmit, Quicquid necesse est esse, yitatio. Secundo, qm̄ esse diuinū est purū ac imperfici nihil de nō eē, nihil de vanitate aut falsitate li admixtū. Quod nulli creato cōpetit enti. Tertio, qm̄ deus p̄ suā essentiā ostendit q̄ est. Quarto, qm̄ ea suo intellectui est cōformis. Quinto, qm̄ ois ritatis creatæ, est cā fontana. Insup in intellectu diuino est veritas: quia diuinā essentiā et alia ob intelligit sicut sunt: estque institutor, mēsura, acc gula ois veritatis creatæ. Rebus vero creatis cō petit veritas p̄ comparationē ad intellectu di